

# QVÆSTIONES REGVLARES ET CANONICÆ.

In quibus vtriusque Iuris, & Privilegiorum regularium, & Apostolicarum Constitutionum, novæ, & veteres difficultates dispersæ, & confusæ, miro ordine scholastico per quæstiones & articulos elucidantur, Prælati Ecclesiasticis, & Regularibus, nec non Iudicibus cuiuscumque Tribunalis, & vtriusque Iuris peritis, & quibuscumque Ecclesiasticis regularibus maximè necessariæ.

Auctore P. F. EMARVELE RODERICO Lixitano, sacre Theologie Lectore, Provincia sancti Iacobi regularis Observantia D. P. N. Francisci Diffinitore.

TOMVS PRIMVS.

Nunc de nouo per præfatum Auctorem recognitus, correctus, & additus.

Hæc accesserunt indices tres. Quorum primus huius primi tomus articulos ostendit. Secundus Constitutionum Pontificalium, & Iuris Canonici, & Concilii Tridentini, & Iuris Civiliis decreta multipliciter declarata proponit. Tertius rerum notabilium sententias exponit.

Editio vltima prioribus longè antior, & distinctior.

*esta conforme al Espiritu de la obra por camina habilitado y firmado Matheo...*

*De la libreria de el Sr. Col. de Sala*



ANTVERPIÆ,  
Apud Petrum & Ioannem Belleros.

MDCLXXVI.

Cum Privilegio.



*in des. P. de Costa*



C E N S V R A.

**Q**UÆSTIONVM Regularium Tomum primum, autore doctissimo Patre Emanuele Rodriguez Minorita, ex commissione claustrum Salmanticensis Academiae, cui Regius Senatus examinandum tradiderat, diligenter perlegi, nihilque in eo aut Catholicæ doctrinæ, aut bonis moribus contrarium reperi, quinimmo dignissimum iudicavi, qui typis mandetur, in lucemque ad omnium utilitatem prodeat, tum propter exactam curam, quam super intelligendis privilegiis, quibus religiosi ex Apostolicæ Sedis indulto gaudent, autor posuit, tum propter facilem & dilucidam methodum, qua in decidendis grauissimis quæstionibus, quæ in hac materia passim occurrunt, vtiur. Salmanticæ, in Conuentu sancti Augustini, decima octaua Nouembris anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo.

Magister Fr. IOANNES de GUEVARA.



C E N S V R A.

**L**IBRVM, qui inscribitur, Quæstiones Regulares, ab admodum Reuerendo Patre Fr. Emanuele Rodriguez compositum, ex commissione huius almae Salmanticensis Academiae, cuius examinatio à supremo Consilio fuit demandata, qua potui diligentia perlegi. In quo quæ ad vtrumque Ius pertinent quæstiones, doctè, & dilucidè explicantur, nihilque in eis inuenio quod pias aures offendat; quinimmo multa eruditè explicantur, quæ & regularibus & secularibus vsui, & vniuersæ Reipub. Christianæ decori, & ornamento esse possunt. Quapropter dignum opus iudico, vt ad communem utilitatem in publicum edatur. Dat. Salmanticæ, die 15. mens. Nouembris, anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo.

Doctör GABRIEL HENRIQUEZ.



APPROBATIO CENSORIS.

**E**Go infraſcriptus Archipreſbyter Eccleſiæ Cathedralis, & librorum Cenſor Ordinarius in Ciuitate Antuerpienſi, recensui Opus excellentiſſimum Emanuelis Roderici Luſitani, cuius titulus *Quæſtiones Regulares & Canonice*; per tres Tomos diſtinctum. In quo, cum præter variam eruditionem, ac iuris vtriuſque in variis argumentis elucidationem, Priuilegia & Conſtitutiones Apoſtolice ad amuſſum, debitoque ordine explicentur, & doctrina hætenus nondum tradita proponatur, aut ſparſim ab aliis inſinuata, velut in vnum theſaurum recondita pro rei exigentia deſumenda, conſinnetur: maximè oportunum iudicavi, quod ad vtilitatem quorumcumque Iudicum & Tribunalium in cauſis Regularium, poſt aliorum editiones, in hiſce Prouinciis prælo committatur. Datum Antwerp. in Seminario Episcopali, die X. menſis Nouemb. M. DC. XV.

LAURENTIUS BEYERLINCK:

# QVÆSTIONVM CANONICARVM ET REGVLARIVM FRATRIS EMANVELIS RODERICI, TOMVS PRIMVS.

## QVÆSTIO PRIMA. De religione in communi, in sex articulos diuisa.

*Circa quam quærentur sex.*

- 1 **V**nde habuerint originem religiones.
- 2 Quæ requirantur modo ad hoc, quod votum religionis sit solum.
- 3 Vtrum Canonice regulares sint, an non canonice. Et an Canonice cathedralium Ecclesiarum sint, an non cathedralium.
- 4 Vtrum persona laica sine voto sit religioſa.
- 5 Vtrum licet diſpenſare, non Societas instituta sit, vnde religioſa.
- 6 Vtrum proſeſi in ordinibus militarij sit religioſi.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vnde habuerint originem religiones.*



**R**ESPONDO dicendo, quod religionis institutum etiam in lege veteri fiat designatum, prout affirmat D. Thom. 2 dicens per Nazareos in lege veteri sanctificari solitos, significari qui ad perfectionis apicem aspirant. Ex quo is etiam doctè argumentatur, ad perfectionis statum necessarium esse votum. Et in lege noua non ab homine nec per hominem fluxit: sed ab ipso filio Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie Dei. Qui inter reliqua salutis documenta hanc quoque viuendæ formulam, quo homines diligentius, & accuratius ad vitam æternam anhelarent, vitæ, & exemplo suo, & prædicatione præsignauit in illis verbis Matthæi *b. Vnde, & vende omnia que habes, & da pauperibus, & sequeris me, & habebis thesaurum in celo.* Quæ verba protulit Christus Dominus adolescenti quærenti, quid faceret, ut vitam æternam consequi mereatur. Quibus verbis, prout refert D. Augustinus, normam religionis nobis tradidit: ubi perfectio religionis Christianæ dicitur. Et tempore Apostolorum cæpit religio multitudine credentium propagari: ipsorum enim cor erat vnum, & anima vna, neque quisquam eorum que possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferbant pretia eorum que vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Atque in hoc ipso aliquod votum, & solemnem aliquam promissionem intercessisse declarat vari illudres, & in prius D. Hieronymus e, declarans illud Petri d: in obiurgationem Ananæ: Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritum sanctum, & fraudare de prece agri? Non es mentiris hominibus, sed Deo. Nam si eam libertatem ex deuotione tantum, & alacritate libere voluntatis exhibisset, nulla interposita obligatione, nec ille in Spiritum sanctum mentiris diceretur: nec certe tam graue supplicium meritis esset. Recte igitur de seculo illo Hieronymus, reg. tom. prim.

*h. D. Tom. 1. 2. q. 86. art. 6.*

*h. B. Mat. 19. Marc. 10. Luca 14.*

*e. Hierony. ad Iphr. 3. & 48. 1. c.*

ronym. e ait: Talis, inquit, primò credentium fuit Ecclesia, quales nunc monachos esse videmus. Hoc etiam probat autoritate D. Dionysij de celesti Hierar. Hieron. Plati, inquit enim D. Dionysij. Diuini præceptores nostri sanctis eos nominibus appellare consueuerant, alij cultorum, alij monachorum à puro Dei famulari, & cultu, indiuiduaque, & singulari vita: quippe qui eos vnum faceret sanctis rerum diuinarum coniunctionibus ad diuinam vniouem, Deoque gratam perfectionem adipiscendam. Ex pergit deinde D. Dionysius ceremonias actibus, qui monachis consecrandis adhiberi solebant, applicare, & statim post Apostolos, aliquos fuisse clericos religioſos, probat eleganter Medinag.

*e. Hierony. de scripturis Const. in fine. Et Dion. de Eccles. Hierar. 2. 10. Vbi de his dicitur. li. i. cap. 17.*

*g. Med. lib. 1. de sacerdotibus.*

### ARTICVLVS II.

*Quæ requirantur modo ad hoc, quod votum religionis sit solum.*

**R**ESPONDEO dicendo, quod hanc literam nobis clare diffinit & Bonifacius VIII. cuius verba sunt: *Itud religionis votum est solum, quantum ad dirimendum matrimonium post contractum, quod solemniter cum fuerit per professionem expressam, vel tacitam factum alicui de religionibus per Sedem Apostolicam approbatum.* Hactenus Bonifacius. Ex his veris collige, duo copulatiue requiri ad hoc, quod religionis votum sit solumne. Primum est, quod fiat professio expressa, vel tacita. Alterum est, quod proficiens voueat certam regulam, seu religionem à Sede Apostolica approbatam. Exponamus insignia. Ad votum solumne prærequiritur professio, & cum professio requiratur susceptionem habitus, & animum probationis, necessariò prærequiritur ad huiusmodi voti solemnitatem, quod emittens professionem suscepit illius religionis vestem à superioribus eiusdem religionis: quibus, & non alijs commissa est facultas vestes religionis concedendi. Præterea & ad necessarium est ad validitatem professionis, quod illa fiat in manu potentis incorporare huic religioni: alias professio irrita est, & nulla. Ad hoc enim, quod aliquis sit alicuius religionis religioſus, necessè est vt ab eo, qui habet facultatem incorporandi religioſum in tali religione, recipiatur: & sic nec Episcopus, nec prelati alicuius religionis possunt dare ipsam professionem, verbi gratia, nouit o proficiens in religione fratrum minorum. Ita tenet Antonius a de Buzo, & Abbas, Syluester, & communis: & latius dicemus infra in questio. de nouitiis. Requiritur præterea ad hoc, quod religionis votum sit solumne, quod professionem emittens voueat certam regulam, seu religionem, quod inuenit Bonifacius, inquit, quod professio fiat alicui de religionibus, quasi dicat, certa & determinate religioni. Si quis enim in manibus præfati regularium voueret in genere religionem, hoc ad votum solumne non sufficeret, sed requiritur quoddam certam aliquam religionem, seu certam aliquam regulam in particulari voueat. Ad idem est Concilium Tridentinum, dicens, *Regulares omnes, tam viri, quam mulieres cumque instituantur ad regula, quæ professio sunt, præferant.*

*h. ca. vlt. de voto et voti ratificatione. lib. 6.*

*h. Batrio de lib. 10. cap. 10. per Batrio de regularibus. Et de verb. religioſis. 2. tom.*

*h. Conc. Trid. sess. 25. cap. 1. de regularibus. præferant.*